Quelle: https://manuscripta.at/?ID=925
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Eadem die fuit examinatus. Discretus vir Johannes molitor de seto
Ypolito. Patrinus sui dicens et ratus sue annorum viginti quatuor vel
circa qui deposuit in modum qui sequitur
Et Primo super Primo Secundo et aliis articulis usque ad octavum inclusive
Testis examinatus dicit articulos esse veros quia semper a senioribus
suis ita audivit
Super Nono articulo interpretis Item quod sepius contra infideles ire testis examinatus
dicit sibi nil constare
Super Decimo et Undecimo articulis interpretis Item quod prosidi vpi ire et tum
quod toto tempore ire testis examinatus credit articulos esse veros quia contra
illum non audivit
Super Duodecimo articulo interpretis Item quod propter bona opera sua ire testis
examinatus dicit articulum fore verum quia adhuc hodie ita exponunt
Super Tercodecimo et Quatuordecimo articulis interpretis Item quod a sede infirmi
et Item quod propter veritatem et bona opera sua ire testis examinatus dicit
ut ad nonum
Super Quinquodecimo. decimo sexto. decimo septimo et decimo octavo articulis
testis examinatus dicit ut ad primum secundum ire
Super decimo Nono articulo interpretis Item quod post mortem suam clarum ire
Testis examinatus dicit articulum fore verum quia a multis audivit plura
et diversa miracula circa Tumbam beati Leopoldi facta esse Interrogatus
infra interrogatoria supra in principio huius examinis et in deposicione omni
testis eiusdem examinis descripta. Testis respondendo dicit qualiter ipse
a festo Pasche resurrexionis domini nostri Ihesu Cristi vsque ad octavas Pentecoste
Anno domini Millesimo quadringentesimo decimo septimo primo quotidiana
febris cum magnima inflatione sui Tumefactique ventris sui habuerit
Tandem invocavit beatum Leopoldum cum magna devocione ut saluti
sibi a deo omnipotenti impetraret et vovit singulis annis Tumbam suam
cum offertorio tuo denarorum perpetuis temporibus velle visitare et
postquam infesto Pentecoste eiusdem anni ad Tumbam pervenit et oros
suas effudit sentiens liberatus esset a febribus et tota infiantia ventris evanuit
et moquam ex post aliquam sensit infirmitatem credens idem ut bti Leopoldi audisse
Super vicesimo articulo interpretis Item quod eiusmodi miracula ire testis examinatus
dicit articulum fore verum quia propter hoc et alia miracula que vidit
et facta esse audivit devocio eius multiplicata sit et in dies augeatur
Super vicesimo Primo et vicesimo secundo articulis interpretis Item quod alia
miracula ire et Item quod omnia miracula ire testis examinatus dicit articulos
esse veros quia non credit quod alter quam miraculose fieri possit
Super vicesimotertio articulo interpretis Item quod cotidie adhuc ire dicit articulum
fore verum quia in dies fiunt miracula diversa circa Tumba bti Leopoldi
Super vicesimo quarto articulo interpretis Item quod de predictis omnibus ire testis
examinatus dicit articulum fore verum quia hodie ita fiamatur
Et sunt summatim eidem testi prout est moris.